Universitätsbibliothek Paderborn

Eusebiu Tu Pamphilu Ekklēsiastikē Istoria

Eusebius <Caesariensis>

Mogvntiae, 1672

V. De his quae Nicomediae gesta sunt.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14478

Visual Library

tiæ nudarentur: complures regni Jeſu Chriſti milites, nominis illius confeſſionem ſæculari gloriæ ac felicitati qua fruebantur, abſque ulla cunctatione prætulerunt. Ex quibus pauci admodum non modo dignitatem, verum etiam vitam amittere pro defenſione pietatis ſuſtinuerunt; cum is qui religioni noſtræ ſtruebat inſidias, parce adhuc & rarò ſanguinem quorumdam fundere auderet; deterritus ut credibile eſt multitudine fidelium, & univerſis ſimul bellum inferre formidans. Verùm ubi apertius ſe ad bellum accinxit, dici non poteſt quot & quantos Chriſti martyres in omnibus locis atque urbibus paſſim cernere licuerit.

A περιστάσει. πλεῖστοι ὅσοι τῆς Χριστοῦ βασιλείας στρατιῶται, τὴν εἰς αὐτὸν ὁμολογίαν ἀμελλήσαντες, τῆς δοκούσης δόξης καὶ εὐπραγίας ἧς εἶχον, ἀναμφιλόγως προυτίμησαν. ὧν ἤδη σπανίως τούτων εἷς που καὶ δεύτερος, οὐ μόνον τῆς ἀξίας τὴν ἀποβολήν, ἀλλὰ καὶ θάνατον τῆς εὐσεβοῦς ἐνστάσεως ἀντικατηλλάττοντο. τοῦ μετρίως πως ἤδη τότε τὴν ἐπιβουλὴν ἐνεργοῦντος καὶ μέχρις αἵματος ἐπ' ἐνίων φθάνειν ὀλίγων τολμῶντος. τὸ πλῆθος ὡς ἔοικε τῶν πιστῶν δεδιττομένου τε αὐτὸν ἔτι καὶ ἀποκναίοντος, ὀψὲ κατὰ πάντων ἀθρόως ἐφορμῆσαι πόλεμον.

B καὶ γυμνότερον ἐπαπεδύετο. οὐδ' ἔστι λόγῳ δυνατὸν ἀφηγήσασθαι, ὅσους καὶ ὁποίους τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ὀφθαλμοῖς παρῆν ὁρᾶν, τοῖς κατὰ πάσας τάς τε πόλεις καὶ τὰς χώρας οἰκοῦσι.

Caput V.

De his quæ Nicomediæ geſta ſunt.

Huc refer Niceph. l. 7. c. 5.

PRimùm quidem ſimul ac edictum contra eccleſias propoſitum eſt Nicomediæ: vir quidam minimè obſcurus, ſed ſæcularium honorum prærogativa inprimis conſpicuus; zelo quodam divino commotus & ardore fidei incitatus, edictum illud in publico & illuſtri urbis loco affixum detraxit, & tanquam impium ac ſceleſtum manibus ſuis diſcerpſit: idque duobus Imperatoribus in eadem urbe commorantibus, quorum alter ſenior Auguſtus primum inter omnes Imperii gradum, alter verò quartum obtinebat. Hic igitur cum primus omnium in ea civitate hujuſmodi facinore inclaruiſſet; ſtatim ea ſupplicia perpeſſus quæ poſt tantam audaciam ei infligenda eſſe credibile erat, lætitiam ac tranquillitatem animi uſque ad ultimum ſpiritum conſervavit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τῶν κατὰ Νικομήδειαν.

ΑΥτίκα γοῦν τῶν οὐκ ἀσήμων τις, ἀλλὰ καὶ ἄγαν κατὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ νενομισμένας ὑπεροχὰς ἐνδοξοτάτων, ἅμα τῷ τὴν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐν τῇ Νικομηδείᾳ προτεθῆναι γραφήν, ζήλῳ τῷ κατὰ Θεὸν ὑποκινηθείς, διαπύρῳ τε ἐφορμήσας τῇ πίστει, ἐν προφανεῖ καὶ

C δημοσίᾳ κειμένην, ὡς ἀνοσίαν καὶ ἀσεβεστάτην ἀνελὼν σπαράττει. δυεῖν ἐπιπαρόντων τὴν αὐτὴν πόλιν βασιλέων. τοῦ τε πρεσβυτάτου τῶν ἄλλων, καὶ τοῦ τὸν τέταρτον ἀπὸ τούτου τῆς ἀρχῆς ἐπικρατοῦντος βαθμόν. ἀλλ' οὗτος μὲν τῶν τηνικάδε πρῶτος τοῦτον διαπρέψας τὸν τρόπον, ἅμα τε τοιαῦτα οἷα καὶ εἰκὸς ἦν ὑπομείνας ὡς ἂν ἐπὶ τοιούτῳ τολμήματι, τὸ ἄλυπον καὶ ἀτάραχον εἰς αὐτὴν τελευταίαν διετήρησεν ἀναπνοήν.

D

Caput VI.

De iis qui in palatio verſabantur.

Huc refer Niceph. l. 7. c. 5.

VErùm præ omnibus qui unquam ſive apud Græcos ſive apud Barbaros admiratione digni & ob fortitudinem celebres exſtiterunt, glorioſos atque illuſtres Dei martyres ea tempeſtas tulit, Dorotheum ſcilicet & reliquos cubicularios pueros. Qui tametſi ſummi honoris prærogativa ab Imperatoribus ornati eſſent, nec minus ab iiſdem diligerentur quàm filii; probra tamen pro pietate to-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ς'.

Περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς οἴκους.

ΠΆντων δὲ ὅσοι τῶν πώποτε ἀνυμνοῦνται θαυμάσιοι καὶ ἐπ' ἀνδρείᾳ βεβοημένοι, εἴτε παρ' Ἕλλησιν εἴτε παρὰ Βαρβάροις, τούτους ἤνεγκεν ὁ καιρὸς καὶ διαπρεπεῖς μάρτυρας, τοὺς ἀμφὶ τὸν Δωρόθεον βασιλικοὺς παῖδας· οἳ καὶ τῆς ἀνωτάτω τιμῆς παρὰ τοῖς δεσπόταις ἠξιωμένοι, γνησίων τε αὐτοῖς διαθέσει τέκνων οὐ λειπόμενοι. μείζονα πλοῦτον

ἀληθῶς